

Quia nunquam perisse uideri possunt, qui percundo resipuerunt.

Canonicatus honorem accepit, ne periret.
Perijt, quia accepit ^{Canonicatus honore}

Ante Canonicatus honorem, sine fama fuit, quia latuit,
In possessione istius honoris infamis, quia non latuit
Quam amens, dum tenuit

Ut proprio exemplo ostendat

Mores non mutare illos, qui gradum mutant.

Sed honorem non sibi, sed Nomini suo collatum

Accepit quidem, sed non tenebit diu,

Quia Honores mali etiam aduent, boni tantum tenent.

Honores momentanei sunt, quos dat Nominis felicitas, non

Virtus propria

Non impu

Frequentis calamitatis initium est Securitas.

Sed Mendax nemini credit, nisi Mendaci.

Non impune feres hac Tua indigna Consilia

Forum subuisti Urbem Romam

Habebis Patriam,

Testem Nationem, Instigatorem Conscientiam,
Carnificem culpam, Iudicem Deum.

Noli sequi inquietos illos, qui vorant, quos vocant,
Malorum enim concordia finis discordia est.

Metne infelix non cunctaturum Iudicem,

Plus metne cunctantem.

Saltem me autore resipiscas

Quia bis peribis, nisi resipueris

Nondum vides, nondum horres discrimina, quae Tua promerere

Iquam miserum esse, miserum esse nescire.

Frequentis calamitatis initium est Securitas.

Sed Mendax nemini credit, nisi Mendaci.

Paronatis ut
stus et resipiscas

Gallia cum Batavis terrestres diuidit Oras

Quid tibi de praeda ceditur, Angle? Nihil

Ter Victor Batavus Subiectum possidet aequor

Quid tibi de Pelago Subditur, Angle? Nihil.

Gallia Zeelandas nuper promiserat Urbes

Quid de promissis talibus, Angle? Nihil.

Cum Validam Classem multo construxeris arc

Quid tibi de tantis Sumptibus, Angle? Nihil.

Cum Mars Sanguineus ter funestauerit aquor

Quid Tibi de ternis Cadibus, Angle? Nihil.

Si datur usq nihil Terrar, Marisq, quis Angle

Te Terra Dominum, te putet esse Maris?

Ergo Volens falli, consortia quanto Galli

Disce hanc quam Galli fida sit, Angle fides?

Dum Gallus Terras, Hollandus possidet aquor

Quid Tibi seu Terra, seu Maris, Angle? Nihil.

Terra fauet Gallis, Batavis aqua, neutra Britannis

Nec poterunt Palmas Ignis et aura dare

Ergo infelices bis, terq, quaterq, Britannis

Nec duo, nec quatuor, queis Elementa fauent.

Carolus Hollandus, contra sua Martia junget

Agmina, nil Gallus Sed minor Anglus erit.

Monte sedet Cuculus, Cuc, Cuc, Videt omnia, Galle

Hic Cuculus fiat ne Tibi, Falco, Caue.

Quid facit ad Rhenum Gallus? Rhonana sitire

Vina puto, Gallo Sufficit Unda, bibat.

Laus Ducum Cesareorum.

Ducunt, producant longis pigra bella per annos

Et vere nomen promerere Ducum.

Ducunt, perducunt, cum Plebe, et Principe Pues.

Ad miseram Vestim, sunt iterumq, Duces

Ducunt, abducunt argenti pondus et auri

In proprios loculos, suntq, manentq, Duces.

Ducunt, subducunt, sua fortia pectora pugna

Atq, docent primi Vertere terga Duces.

Ducunt inducunt, mactandas hostibus alas

Vincere dum cessant, fraude Vel arc Duces.

Ducunt, seducunt alios, qui lumine caesi

Hinc non esse Duces cernis, et esse Duces.

Ducunt, abducunt in certa pericula turmas

Vincere cum possint, quis neget esse Duces.

Ducunt, traducunt proprias ex sedibus hostis

In terras bellum, Sunt tamen ecce Duces.